



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 22. Pater Abraham. Mera fuerut deliramenta, quæ diues illi in inferno petiit, nec obtinuit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

ipfos bonos, gl'ctos Deique pauperes pedibus
protraherit. Inter alia, qua: Iudæorum Principibus
temore, metumq; essent illatura, hoc p'æ cæte-
ris per Ilatam annuntiat Dñs futurũ, quod eorũ
filij videbunt Apostolos, quos contempserunt,
persecuti sunt, & sua p'sentia vt indignos eli-
minarunt, regis sublimes solis, cũ virtute multa
& maiestate iudicãtes duodecim tribus Israel:

Isa. 23. Non modo confundetur Iacob, nec modo vultus eius
erubescet, sed cum viderit filios suos, opera ma-
numen incarnum in medio sanctificantes nomen
meum.

43. Hinc lucẽ capiunt obscura illa Danielis ver-
ba, quibus de extremo agit iudicio, ac de pecca-
toribus loquens, sic de illis p'ælagit: Surgent in
Dn. 12. opprobrium, vt videant super. Quid videbunt? An
non æternis occulentur tenebris? Videbũt quod
illis maximam inferet & perpetuam confusio-
nem. Hoc in statu illo omniũ maximẽ execrabi-
li diuinitẽ vexabit impios, quod ex inferno Sã-
ctos videbunt in celo; & gloriam eorũ ac bea-
titudinem, ita D. Greg. a. & vt exponit D. Tho. b.

Lib. 4. titulum, ita D. Greg. a. & vt exponit D. Tho. b.
Dn. 12. id solum videbunt, quod summum adfert dolo-
rem, scilicet ac confusioem: quando videbunt
in Euan. a longe pauperulum religiosum, tanta gloria
splendidum: adæcent autem quã nullo eam
ad. 9. ad negotio potuerint adipisci. Hic erit ille vermis
dit. 9. immortalis, qui incessanter eorum corrodet vil-
cera, de quo Isa. ad suã conclusionem prophete-
Ier. 6. 6. tiaz sic p'ænuuntiat: Vermis eorum non morietur. Il-
lud videte, quod ego potuissẽ haberẽ quod ipse
modo habet, eo frui, quo ipse fruatur in sempiternum.
Illudq; declaratur, quod in citatis
verbis addit Spiritus S. Penitentiam agentes, &
p'æ angustia spiritus gementes. Penitentia, inquit
D. Cypria, instructuosa & inuitis, horrendis gemitibus
semper, vt canes, vluabunt clamantes:
Ergo errauimus a via veritatis. En tibi nebulonẽ
dauem qui ad sui cruciatum augmentum, oculos
aperit, videt Lazarum tanto gaudio delibutum,
tanta gloria conspicium, tanta frigidum
maiestate: quis stupor? quis horro? quis eum ter-
ror inuadit? Et quis vermis tam seruus cordis
exedit viscera, dum cogitat, & clarẽ cognoscit,
quã factu perfacile fuisset, eodem sibi cum La-
zaro perfui gaudio, & gloria coronari sempiterna.
Nostrã conformiter intentioni expendit D.

D. CHR. Chryostomus Diuum circa eiectionem Adã
Com. 3. de de paradiso consilium: Adam a paradiso eiectionem
Lazarus a regione paradisi habitare iussit Deus, vt assiduus
Tom. 2. & conspectus, renouans molitiam, exactiorem illi
Hs. 33. in p'æores sensum expulsiõis d' bonis. Eadem quo-
Iuan. ad que de cauã in die iudicij, malos statuet a hui-
fo.

stis & ex opposito bonos a dextris, quibus & Matt. 25.
dicit: Venite benedicti Patris mei possidete regnum 33.

Et. esuristi enim &c. Vt mali, dentibus fren-
deant, inuidia tabescant, horrore percellantur:
videntes quã nullo negotio potuerint ipsi
tanti regni esse heredes, tanta confusione, pa-
nitique liberari. Penitentiam agere perpetuam;
at inuilem, gement, sed nullo emolumento. Age
modò penitentiam, nunc totis viribus ingemice;
ne dubites, ad vitam tibi proficiet æul-
ternam.

§. 22. Pater Abraham. Mera fuerunt delira-
menta, qua diues ille in inferno petiit, nec ob-
tinuit.

A Videmus quid dicat quid petat hic tene-
brio: Pater Abraham miserere mei & mitte
Lazarum, vt intingat extremum digiti sui
in aquam, vt refrigeret linguam meam: quia eru-
it in hac flamma. Non incongruẽ te ipsum ac
ceteros omnes eodem carcere reclusos vocasti:
Nos insensati. Quidquid petis, quidquid loqueris,
deliramentum est, lapit insaniam. Primò: vocas
Abraham patrem: Pater Abraham. O vacuum ce-
rebrum! vbi reperis e iuste esse filium, cui tam
dissimilis ac contrarius vixisti immisericos? Cur
patrem vocas Abraham (quarit D. Chryostom.) D. CHR.
suis vitam non es imitatus? Ille omnem hominẽ Ep. ad Cyp-
in domo sua hospitabatur, tu autẽ neque in opis cu-
ram habebas. Tibi licet hoc exprobrare, quod ad finem
Christus iis, qui similia p'ætebant: Si filij Ioan. 3. 3.
Abraha estis, opera Abraha facite: vos ex patre
diabolo estis. Abraham de misericordia lauda-
tur, pauperem amicus, quos gnauus perquire-
bat, in domum suam compellebat, tu verò ad li-
men pauperum prostratum exturbasti: hoc tibi
neuiquam conuenit: ex patre diabolo es filius
crudelis? immisericos, pauperum humili-
umque fatalis inimicus.

Secundo: rogat misericordiam: Miserere
mei. O caput sine cerebro: cum hanc ignores
sententiam: I. dicitur sine misericordia illi, qui
non fecit misericordiam. An illud ignoras: Bea-
ti misericordes: quoniam ipsi misericordiam con-
sequuntur? Legem nunquam legisti millies
repetitam: Quã mensurã mens fueritis, reme-
tietur vobis? Quid Dominus per Isa. dixit:
Ponam in pondere iudicium, & iustitiam
in mensura. Scribunt Septuaginta: Et miseri-
cordiam in stateris; quod D. Gregorius Na-
zianz. intelligit de misericordia in pauperes,
M m 2 quam

49

Sap. 5

D. CHR.

Ioan. 3. 3.

Luc. 6. 39.

Isa. 28. 2.

quam tu si feceris, Deus appendet in latera, ut tibi reddat aequale. Nec hoc didicisti, quod per Michæam prænuñtiavit crudelibus avaris *Dich. 3.4.* *Tunc clamabunt ad Dominum & non exaudiet eos, & abscondet faciem suam ab eis in illis temporibus, sicut nequiter egerunt in adiunctionibus suis.* Tibi quadrabit illud, quod Regi barbaro Adonibezec, qui potentia virtutis suæ gloriabundus, quos Reges ceperat, truncatis manibus, ac pedibus, sub mensa sua prosternebat, quos sannis excipiebat quotidianis, & hoc infami supplicij genere septuaginta velut canes ad colligendas, micæ damnauerat. Deo vero illum puniente, manibus traditur inimicorum, qui eadem illum mensa a punierunt, summa manuum ac pedum abscindentes: quo supplicio respiciens, exclamat: *Sicut feci, ita reddidisti mihi Deus.* Attende, flagitio, quid in Lazarum commiseris, cui totis immisericors, nec analecta erogasti, nec hic vel guttam aquæ recipies. Confert D. Augustinus hunc locum cum illo Spiritus S. consilio: *Non sit porrectis manus tua ad accipiendum & ad dandum collecta.* Ne tanta te capiat dementia, ut manum extendas ad accipiendum, quam constringas ad porrigendum. si enim cum ad dandum colligas, suadet æquitas, ut in malam crucem expellaris. quando illam extendes ad accipiendum. Heu, qualis sententia, diuites attendite, qui à Deo & misericordiam poscitis, & peccatorum remissionem. Manu habetis apertas, tantum ad eius recipienda beneficia & illas clauditis ad largiendum. Hoc alta mente retinere: *Dare & dabitur vobis.* Recordamini (vos monet D. Chrystos.) eleemosynam vocari semen; & agricolam ut mente captum accufari, qui messem vellet in autumno colligere, qui in hyeme non seminasset: irrefragabile namque est hoc Apostoli axioma: *Quis seminauerit homo, hæc & metet.* O diues insipiens (exclama.) *Hyeme non seminasti misericordiam, vni: astas, nihil metes.*

Tertio supplicat Abiahæ, ut Lazarum mitteret, ad fontis scatiniginem, digitum intingat guttam deferat arescenti linguæ refrigerandæ. *Mitte Lazarum.* Hic nota cum D. Gregorius. Nysse. id quod Christus de sanctis ait virginibus, quod prudentes accesserint: *Date arinimis, nobis de oleo vestro.* Et id quod ait Sophar *Na. Matt. 25.* amathites amico stolob ad patienter extremam illam pauperiem, immundissimæque lepram sustinendam, eum cohortatus hoc vsus arguunt *Job. 11. 36* *monito: Misera quoque obliuisceris, & quasi*

aquarum, quæ praterierunt, recordaberis &c. Requiesces, & non erit, qui te exterreat & deprecabuntur faciem tuam plurimum. Conticece pauperule, vulnerate, languide, tempus adorit, quo præ gloriæ magnitudine, laborum omnium obliuisceris, ut Ioseph; & quando à calamitatibus requiesces, faciem tuam, subsidium tuum illi deprecabuntur, qui te modo vilipendunt. En implem in hoc damnato vaticinium: videt Lazarum æternis diuitem bonis & requie sedentem opulenta, cuius se humilis portis prostermit, Abraham decrepat: *Mitte Lazarum.* O te mentis inopem, incipat D. D. Petrus Chrystosomus. *Lazarum mitte, quod ad infernum: aegremito, de folio sublimi ad profundum, dissimulatio ebas, ad tormentum & stridorem de tanta requie? O te phreneticum, exprobat D. D. Chrystosomus. Cum proximus esset Lazarus, prateribat, nunc cum procul abest, inuocat. Quomodo frequenter ingrediens, & egrediens non videbat, hunc procul semotum diligenter aspicias? At vbi hoc legisti, vbi reperisti, ut descenderet Lazarus tibi seruicurus, leuamen, deliciae tibi quisiturus: Illumne tibi demixisti, quando delictis, quando voluptatibus assuetas? Praefertim autem num ignotas, quam illum irritati si perbus & immisericors, & si quid tibi facere teneretur, hoc esset, ut inuicias à te sibi illas pœnis castigent sempiternas.*

Aduertit autem D. Gregorius quod ad maiorem electorum suorum gloriam, eorum ad quibus Deus peccat, ut illi post hanc vitam seipse supplicium illis infligant, quos in hoc mundo perulerunt persecutores: vnde refert. Cum impius ille Rex Theodoticus Arianus, gladio animaduertisset Iohannem summum Pontificem, cuius merita nulla pars orbis ignora, Symmachum quoque Patricium Romanum, dum hinc discederet, eundem vidit monachus quidam discidium, discalceatum (a) manibus post terga reuinctis è carcere solutum, quem sibi medium ducebat duo illi viri preclarissimi vsque ad os Vulcani montis in Sicilia, quem inde in præceps damnatum deiecerunt: *Ab illis iuste in ignem missus apparuit, quos in hac vita iniuste iudicauit.* Congruenter notant Sancti Patres, Deum seruis suis decernere, ut sint illi ipsi qui ferant subsidium, consolerentur, ac defendant illos qui hoc in mundo illis auxilio fuerunt. patrocinio ac consolationi, dū rerum inopia miseri torquerentur, pariter et extremam mortis horam consistant, ad eisdem secū deferant & ad cœlū vsque comitentur. Sic lego

apud D. Greg. de quibusdam qui dum hic vine-
rent, totos seipfos impendebant imò super im-
pendebant quorundam Sacerdotum Dei famu-
lati, qui eisdem in agone viderunt & consola-
tores, contraque demonum insulentes defensores
strenuissimos. Sic Mercatorum illi conrigit de quo
D. Vincentius Ferrarius ordinis nostri lumen
splendidissimum; hic singulis annis in honorem
sanctissimæ Virginis eiusque sponsi castissimi
Ioseph, ipso Christi Natalis die virum quærebat
vroratum, senem, qui castissimum referret Iose-
ph, eiusque coniugem qui purissimam Ma-
riam, cui filiolus esset, figura pueruli Iesu, quos
illo die novis induebat vestibus, opiparo exci-
piebat conuiuio, & singulari recreabat deu-
otione. Dum tam animam exhalarat, illi appa-
ruerunt D. Ioseph, coniuge sua caelorum regi-
nâ constipatus, ac Iesus eorum filius inter v-
tramque medius dicentes: Cum in hac nos vi-
ta recreaueris, potum, cibumque ministraueris,
nobis seruiueris, ecce adsumus eò te deducunt,
vbi in altera vita lautius excipiamus, ac nobis-
cum mensa læteris caelesti. In eum senium qui-
dam, nominatim autem D. Gregor. interpretan-
tur illam Christi ad diuites admonitionem: *Fa-
cite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum
defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.*
Quando namque religioso D. Francisci mendico
succurris liberalis, Franciscus ille Seraphi-
nus, dum expiras adiolabit, qui mortis sedet
tentat ones, auertat petiucula, ad sidera comite-
tur. Nec minus dixero, dum D. Donimici fami-
liaritate iungaris eumque recras tuus elemo-
synis sanctamque proteges religionem.
Illud vobis volo significatum in prelato il-
lo Iosue facinore qui cum urbem Iericho flam-
mis deuouet exurendam, illis ipsis in virtute
præcipit obedientia, quos Rahab meretricis do-
mi suæ hospites abcondeat, liberalis exceperat,
fidelis taci aqne defenderat, ut eius domus,
parentumque curam agerent exactissimam, ne
in illo tremendo ciuitatis excidio, vltus illorum
quidquam attingeret, & in nullo dampnum vel
minimam paterentur, liberi, ac incolumes, stra-
gi superuincerent: *Ingressa enim domum mulieris
meretricis, & producte ea, & omnia, qua illius sunt,
secum illi iuramento firmastis.* Audite modo D.
D. Gregor. moralis sententia: ne inquit superbus effe-
reris dum elemosynam das, plus enim per hoc
tuis quam pauperum negotijs consultis: *Multum
valet ad edomandam superbiam diuitis, si cum
terrena tribuit, verba caelestis magistri penset, qui
ait. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.*

Ecce. Si enim eorum amicitijs, aeterna tabernacula
acquirimus dantes procul dubio pensare habemus
quia patronis potius manerã offerimus quam ege-
nis dona largimur. Quoties dico, numquam e-
largiris iudicis, vel Regis ianitori quia tibi auias
recludit ob tuum das emolumentum. Idcirco ait
Spiritus S. *Fili, si habes bene fac tecum.* Si tibi sup-
petant opes, tibi bene fac ipsi, pauperibus ero-
gando. O diuites insensate, quam bene meruisti,
ut te Lazarus ad profundissimas illas flammis
præcipitaret exurendum: ad hoc namque eum
crudeli illa nece deminixisti, quã eum extinxis-
ti denegans avarus elemosynam, & per eum
modo subsidium tibi requirere; phreuetici est.
Quarto rogat aquam ipsius Lazari digito de-
ferendam, ut illo fonti iningente digito, ex
illo gutta in linguam defluat arefcentem: *vt in-
tingat extremum digiti sui in aquam, & refrige-
ret linguam meam.* Num igitur, vappa (quærit
D. Gregorius Nyssenus) tam cito obitus,
hanc eius manum tam esse leprosam, ut sanie
diffuere? Alio tibi tempore satis fuisset, si illa
scyphum quo bibebas tenuisset. Lazarus ut ne-
dum illum ori non admoueres, sed & cordis ti-
bi mouerentur viscera, vomitumque prouoca-
ret. O te stultum, modo virtutem agnoscis il-
lius manus mendici, quando nullum tibi suppe-
dit remedium, ac percipis, non tam esse paupe-
ris illius quam Christi manum, in qua sors ce-
li, diuitie cunctæ, gloriaque reconduntur: *In si-
nistra illius diuitie & gloria.* Aquæ vitæ tales, ut
vel vna gutta per illas decurrens, omnibus illis
flammis sufficiens esset extinguendis: imò ex
hac credo ratione, non nisi guttulam illam qua-
suisse. O diuites, o potentes quam malè vobis
redolent, quam paruum nauseam manus paupe-
rum, dum eas ad vos extendunt elemosynam
rogaturi, faxit Deus agnosceretis quid conti-
neamus, scilicet sub hac paupertate lateat Dei di-
uitias, thesauros caelestes, & sub manu illa le-
prosa ac horrida superiorum fontium refrige-
rium. Vltimo addit hoc instanter deponere:
Quia crucior in hac flamma. O sine intellectu
brutum, ob quam credis rationem, te ad flam-
mas istas condemnarunt? quid cogitas Deum
intendere, dum te hac sepelit fornace, nisi ut te
cruciet semper æternum? Vbi modò vina salerni?
vbi calices inaurati? vbi fontes nunc congelati?
vbi voluptates?

II.
Exem-
plum.

Luc. 16, 9.

Isa. 6, 22.

D. Greg.

Eccl. 14.
10.

Orat. in
illud.
Quod v-
ni ex mi-
nimis.

Pro. 3, 26

